

AD LIBRVM PHARMACIÆ  
ANTVERPIENSIS.

**A**NTVERPÆ Ciues, dudum expectate libelle,  
Edoce cum doleant, qualia pocla bibant.  
Per te Mensurâ Medicamen Pharmacopæus  
Temperat, atque apto tempore mixta parat.  
Quidquid ad humani conducit corporis vsus  
Congestum docta differis arte liber.  
Pharmaca nam tua sunt, doctus quæ poscat Apollo,  
Quæ Pallas redamet, quæque Mineruâ probet.  
Quid potuit lectis melius Podalyrius herbis?  
Dextrâ quid Cõi doctior Hyppocratis!  
Omnia tu peragis Musis & Apolline digna,  
Atque quod ex omni parte probetur opus.  
Propterea recolat gratum te vulgus in vrbe;  
Qui varijs morbis membra grauata leuas.

*Accinit G VILIELMVS MARCOVIS  
Lazari filius Med. Doct. ciuitatis iuratus,  
& modo Collegij Medici Præses.*

PANE-